

Johann Fecht

Joannes Fechtius ... Academiae Rostoch. Hodie Rector, Ad Exeqvias ... Fæminæ, Annæ Ellerhusiæ, A Sanguine Conjunctis Parandas O.O,O. Cives Academicos Peramanter Et Officiose Invitat : P. P. Sub Sigillo Rectoratus D. XXVI. Iulii, A. O. R. cl lccXII.]

Rostochii: Wepplingius, [1712]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749380845>

Druck Freier  Zugang



Deplum
Fecht, J., *zu Ellerhusen*


in


A. Ellerhusen.

nat. Sauckagen

Rost. 1712.

26





91.
24.
JOANNES FECHTIUS,

SACRÆ THEOL. D. EJUSDEMq; PUBL. PROF. ET
ORD. SEREN. DUCIS REGNANTIS MECKL. IN
SACRO CONSISTORIO CONSILIARIUS ADSES-
SOR, DISTR. ROSTOCHIENSIS SUPERINTEN-
DENS ET FACULTATIS THEO-
LOGICÆ SENIOR,



FÆMINÆ ROSTOCH. HODIE

RECTOR,

AD EXEQVIAS

MI EXEMPLI ET EXCELLEN-
TISSIMARUM VIRTUTUM

FÆMINÆ,

**ANNÆ EL-
LERHUSIÆ,**

A SANGUINE CONJUNCTIS PARANDAS O.O.O.
CIVES ACADEMICOS PERAMANTER ET
OFFICIOSE INVITAT.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC. & Acad. Typogr



Umulabimus ad diem XXVI. Julii rari exempli fæminam, viduamqve, omnibus iis virtutibus conspicuam, quas in hoc sexus genere Apostolus requirit. *Vera enim vidua* erat, maritali pariter adjumento & filiorum solatio, quos non habuit, destituta. *Quæque adeo spem suam in Deo posuit*, toto animo Deo devota, eiqve adhærens, à quo solo vitæ salutisq; auxilium perpetuo exspectavit. Instans ideo apud Deum obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Quod enim antea fecerat maritus, ut curam ejus haberet, deqve necessariis ei prospiceret, id eo orbata in Deum devolvit, spemq; in illum suam assiduis precibus exercuit, id est, ut Apostolus loquitur, die ac nocte. Quis vero est, qui ignoret, quia illa pietatis fama, quo misericordiæ erga pauperes affectu, erga rem Divinam, quousque ob corporis infirmitatem exire domo potuit, in audiendis sacris, in profundendis ad Deum precibus, in inflammandis exemplo suo ad omne virtutum genus aliis, in exercenda variis in corporis afflictionibus patientia, ex longo jam tempore celebrata per urbem fuerit. Noverant hoc maximi, noverant minimi. Erat præterea iis à DEO afflictionum inqve afflictionibus patientiæ documentis exercita, qualia non facile huic sexui obvenire solent, quæ tanta cum animi fortitudine sustinuit superavitque, ut in exemplum Christiani in cruce probe exercitati passim proponeretur. Quam Christianæ fidei fortitudinem ad extremum usqve halitum ita demonstravit, ut
inter

inter rariora eorum exempla numeraretur, qui crucis Christi consortes per perpetuas passiones ad cœlestem gloriam adspirarent. Hanc tantam matronam dum terræ mandaturi sumus, æquum est, ut illius virtutes per totum vitæ tempus exercitæ in aliorum exemplum descriptæ ob omnium oculos ponantur. Quod eo facilius præstare poterimus, quo præclarior suamet vitæ historiam propria consignatam manu nobis reliquit. Nata est ANNA SANDHAGENIA hic Rostochii die VIII. Septembris anno post millesimum & sexcentesium quadragesimo tertio. Parente quidem Reverendo celeberrimoque Viro, REMBERTO SANDHAGENIO, per septem & quadraginta annos Pastore Nicolaitano, Reverendique Ministerii Seniore & Directore præclarissime merito. Matre DOROTHEA ALWARTIA, ab Ecclesiarum Rostochiensium Superintendente GOLDSTENIO relicta vidua, Viragine omnibus sexus sui ornamentis, pietate imprimis in DEUM & cultu in maritum conspicua. Avum paternum habuit GABRIELEM SANDHAGENIUM, per integros unum & sexaginta annos Pastorem in Borcholtzhufen in Guesstphalia dexterrimum. Avia paterna ANNA WOLTERS, matrona ut in omnium virtutum exercitiis, ita cum primis patientiæ in vario crucis genere demonstratæ coram DEO per totam vitam suam comprobata. Avus maternus ei contigit JACOBUS ALWARTUS, civis præcipuus & cerevisarius Rostochiensis. Avia materna CATHARINA, ANDREÆ DUNCKERI, Pastoris quondam ad S. Petri soror, ob varia Christianarum virtutum exercitia publice olim celebrata. Ab his
ma-

majoribus orta **ELLERHUSIA** novo & Christiano generationis genere, quod sanctior Scriptura regenerationem & renovationem appellat, in ecclesiae filiorumque DEI vitam renata est & virtute foederis cum DEO in baptismo initi vitam quoque spiritualem ducere coepit, in Christianismi fundamentis & exercitiis ita sollicitè probeque informata, ut non novam tantum vivere occiperet vitam, sed eandem etiam iis incrementis Parentum cura adaugeret, quae usum suum in universam vitam diffunderent. Erat enim à juventute adducta ad Bibliorum lectionem, qua nihil ipsi suavius cariusque erat. Ex hac hauserat variarum virtutum semina, tanta quidem cum animi sui delectatione, ut vitam profundere potius, quam ab iisdem remittere firmo sibi proposito statueret. Quare & Parentibus ob tantum in se collatum beneficium immortales egit gratias. Inter vitae suae felicitates praecipuam maximamque semper aestimavit eam, quae Parentum vitam eousque produxit DEUS, ut divina annuente providentia anno millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, duodecimo die Augusti desponsaretur JOANNI GEORGIO BINDRIMIO, sacrae Theologiae in hac Academia Professori, viro ut in vario eruditionis genere, ita cum primis in literatura ebraica raro exemplo exercitato. Cui si longior obtigisset vita, famam huius Academiae non parum diffundere proprioque nomini asserere celebritatem nequaquam vulgarem potuisset. Quamquam vero intra id tempus, quo conjugii foedere conjuncti erant, duorum filiorum duarumque filiarum felicitate beati à DEO fuerint, id tamen, quicquid erat, blandientis fortunae ludibri

brium, in tantam subito infelicitatis catastrophem ver-
sum est; ut non potuerit nō optimæ pientissimæq; sæminæ
mentem immenso horrore percutere. Quamquam enim
intra quinquennium istud, quo conjugii fœdere juncti
fuerant, tanto liberorum proventu gavisi fuerint, tres ta-
men ex iisdem, ANNA DOROTHEA, JOANNES
REMBERTUS & CATHARINA EVA præmatura
statim morte abrepti. Et quamquam ultimus filiulus,
REMBERTUS HEINRICUS, paulo ante mariti mor-
tem editus nova conjugibus gaudia promiserit, hæc ipsa
tamen illico suppressa & postremo penitus extincta fue-
runt, cum non tantum BINDRIMIA nostra lethali affe-
cta morbo de vita desperaret, sed maritus ipsius præ-
matura morte eidem surriperetur. Quod factum anno
millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo. Dixerat,
dum filium progigneret, mater: hic mihi Benoni factus
est, respondit maritus lethali affectus morbo: hic Noah
potius tuus erit, qui te consolabitur. Quod in effe-
ctum quoq; eousq; fuit deductum, ut filiulus hic non
in septimum tantum annum summo cum matris gaudio
excresceret, sed animi quoque dotibus supra ætatem
suam imbueretur. Sed erat hæc devota Deo sæmina
uberiori Divinarum afflictionum mensura exercenda.
Quare non tantum mariti, tenerrime à se dilecti, præ-
propero ex hac vita discessu ad mortem usqve adfligi,
sed ipsa quoque lethalem subire morbum, cumq; admi-
randa DEI providentia ex eodem eluctaretur, filium
quoque, unicum animæ suæ delictum præpropera morte
amittere, atq; adeo omni eo solatio spoliari debebat, quod
ex Divinorum beneficiorum cumulo adhuc erat reli-
quum. Ut vero Divini moris est, non in luctum tan-
tum conjicere, sed & educere ex illo, lætitiæque eos, qui
illum amant timentq;, afficere, ita in BINDRIMIA quo-
que

que hunc divinæ providentiæ ritum non migrare, sed
tristitiam illi immiffam lætitiâ fauftoque eventu com-
pensare non deftitit, exactoque in viduatu feptennio læ-
tiori fortunæ catastrophæ viduam adfecit. Nam anno
millefimo fequentefimo octogefimo quinto CASPARUS
ELLERHUSIUS, Utriusque Juris Doctor, Viduæ amo-
re captus exambire eandem in fœdus conjugale non de-
ftitit. Dubitabat illa initio, an defideriis illius acquiefce-
ret, re tamen apud fe maturius confiderata, qvum ex
DEO eandem effe judicaret, votum ipfius irritum red-
dendum effe haud cenfuit. Nuptiis itaqve ad diem V.
Novembris celebratis expers qvidem prolis conjugium
hoc effe conftituit DEUS, ut tamen fœdus ipfum tenerri-
mo candidoq; amore coalesceret. Ceu mutuus hic candi-
dusq; conjugum adverfus fe fe invicem adfectus toti urbi
notus fuerat & pèrfectus. Sed placuit Divino Numini, nec
hoc conjugium triftitix cafuumqve adverforum expers
effe. Anteqvam enim fponfalia per nuptias firmaren-
tur, arthritico morbo, ut omnium membrorum fuorum
ufu orbaretur, fponfum Deus adflixit & qvamqvam fir-
mato per nuptias conjugali fœdere meliuscule habere
cœperit, non tamen liberari à malo per totum vitæ con-
jugalis tempus ELLERHUSIUS potuit, cum qvo per in-
tegròs octodecim annos colluctatus effe. Grande hoc erat
in novo conjugii vinculo malum, qvò tamen ELLER-
HUSIÆ pietatem flectere non poterat, ut à tenerrimo
in maritum fuum amore vel tantillum deflefteret, qvem
perpetua potius cura, officiis & refocillationibus fove-
ret, in nulla re magis Christianæ pietatis officium elu-
cere debere rata, qvam fi ægrum officiis fuis folaretur
& in hoc amoris candidi & ab omni fuco alieni partes
obiret. Rarus hic effe amoris conjugalis adfectus, fed
qvò effe rarior, eo majori laude afficiendus. Nec enim
delaffata


delassata ei inserviendi ipsumque juvandi promptitudine unquam fuit, sique Divinae voluntati placuisset, in hoc etiam statu marito per omne vitae suae tempus cohabitare optasset, ut in hoc ipso amorem suum testari officiumque potuisset. Sed visum est DEO, tantis ELLERHUSII malis accersere finem, eundemque ex misero vitae hujus ergastulo ad aeterna in caelis gaudia vocare. Quod factum die XXVII. Novembris anni millesimi septingentesimi & tertii. Id quod non poterat non tenerrimum ELLERHUSIAE pectus graviter concutere, sed admirando DEI consilio superesse quidem illa, sed ad implendam Divinae visitationis mensuram eodem, quo antea maritus, morbo adfligi, in eoque sustinendo superandoque virilem potius, quam muliebrem fortitudinem demonstrare debebat. Quod & tanta animi constantia fecit, quantam a sequiore sexu vix expectare potueris. Perpeffa est cum patientia dolores suos, nunquam contra DEUM, eos immittentem, murmuravit. In solo Divino auxilio spem & fiduciam suam omnem posuit, quam in descriptione vitae suae his verbis, fide in DEUM plenissimis expressit: **G**ott der Gedult und des Trostes stärke mich ferner durch seinen Geist mit gelassenem und stillem Gemüth zu tragen / was er mir aufgeleget / oder mir ferner auflegen möchte. Was meinen Wandel und Christenthum betrifft / so gebe ich mich für **G**OTT aller Sünden schuldig / ja ich sage mit Paulo / daß ich unter allen Sündern der grösseste bin. Dannoeh dancke ich auch meinem **G**OTT / der mich mit seiner Gnaden-Hand unterstützet / daß ich nicht in grobe / vorsehliche und wissentliche Sünden gefallen / dadurch mein Nächster geärgert worden. Der leite mich doch ferner durch seinen Geist auff ebener Bahn / daß ich das übrige Nun meines Lebens möge zubringen


gen in wahrer Buße und Gottseligkeit / auch mit Christ-
licher Gedult trage / was GOE aufflegen wird und
meines letzten Stündleins mit Freuden erwarte / und
wann es da ist / so lasse er mich sterben des Todes der
Gerechten und mein Ende werde wie dieses Ende.
Virile hoc est, non muliebre animi robur, quod ad
finem usque vitæ suæ tanto robore tantaque constantia
exercuit, ut in gravissimis corporis cruciatibus animum
DEI voluntati devotum cum adstantium summa admira-
tione perpetuo testaretur. Sumpto ad diem Julii xi. sa-
cræ evcharistiæ viatico à summe Reverendo animæ suæ
curatore, HENRICO BECKERO, invocatoque piis
precibus Divino Numine, animam DEO per totum vi-
tæ tempus devotam reddidit die xvi. Julii. Ita omnium
optima rarissimisque, dum viveret, virtutibus ubiq;
celebrata ELLERHUSIA vitæ suæ finem fecit, cujus
tamen fama in bonorum piorumq; pectoribus nunquam
intermoriatur. Acquiesce igitur, beatissima anima.,
in sinu Servatoris Tui, in consortio BINDRIMI &
ELLERHUSII Tui, in complexu quatuor liberorum
Tuorum, quibus toties oscula fixisti & amissos
amarissimis deflevisti lacrymis. Nunc cessant omnes
dolores Tui, tantumque Te excipit gaudium, quale
in hac vita nunquam gustasti. Conservet DEUS uni-
versam necessitudinem Tuam, ne ullo amplius affician-
tur luctu, ut Tuum sequantur perpetuo exemplum, nec à
pietate Tuâ unquam recedant. Vos verò, CIVES, non
tam MATRONÆ EXCELLENTISSIMÆ, quam ipsi
virtuti, ite exequias & consideratione fragilitatis humanæ
vitam Vestram spè gloriæ olim adipiscendæ
in divinis virtutibus transigite.

P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS

D. xxvi. Julii, A. O. R. clō lcccxiij.


Conventus fiet in Aede Jacobæa hora prima pomeridiana.







delassata ei inferviendi ipsumque juv
 unquam fuit, sique Divinae voluntate
 etiam statu marito per omne vitae
 tare optasset, ut in hoc ipso amore
 ciumque potuisset. Sed visum est
 LERHUSII malis accersere finem,
 fero vitae hujus ergastulo ad aeterna
 care. Quod factum die XXVII. M
 lesimi septingentesimi & tertii. Id quod
 tenerrimum ELLERHUSIAE pectu
 re, sed admirando DEI consilio su
 sed ad implendam Divinae visitationi
 quo antea maritus, morbo adfigi
 do superandoque virilem potius, qu
 titudinem demonstrare debebat.
 mi constantia fecit, quantam à se
 spectare potueris. Perpeffa est cu
 suos, nunquam contra DEUM,
 murmuravit. In solo Divino au
 am suam omnem posuit, quam in d
 his verbis, fide in DEUM plenissim
 der Gedult und des Trostes stärck
 seinen Geist mit gelassenem und still
 gen/ was er mir aufgelegt/ oder
 möchte. Was meinen Wandel und
 so gebe ich mich für GOTT aller
 ich sage mit Paulo/das ich unter alle
 esse bin. Dennoch dancke ich auch
 mich mit seiner Gnaden-Hand un
 nicht in grobe/ vorsehliche und wif
 fallen/ dadurch mein Nächster ge
 leite mich doch ferner durch seinen Ge
 das ich das übrige Nun meines &



titudine
 t, in hoc
 cohabi
 tari offi
 tis EL
 e ex mi
 udia vo
 anni mil
 erat non
 concute
 dem illa,
 a eodem,
 sustinen
 rem for
 anta ani
 vix ex
 dolores
 tentem,
 & fiduci
 vitae suae
 t: Gott
 er durch
 zu tra
 auflegen
 betrifft/
 uldig/ ja
 der grös
 Gott/ der
 das ich
 inden ge
 n. Der
 r Bahn/
 zubrin
 gen